

fanguinem. nō tñ manēs panis sed mutatū. Subdit autē q̄ panis non habet se vt materia respectu corporis xpi. Postea dicit q̄ alioz opinio est hanc questionē sic esse intelligendā. q̄ sub accidentib⁹ sub q̄bus p̄t⁹ erat substantia panis et vini post consecrationem est substantia corpus et sanguis xpi. non tñ vt illis afficiat substantiam aut panis et vini dicit vel in placentes materia resoluti aut in nihilū redigi. Dicit etiam mgr q̄ alij dicunt. s. q̄ substantia panis et vini remaneant cū substantia. s. corpus et sanguis xpi. quā substantiam panis et vini dicit esse sacm. et ex hac rōne hec substantia s̄: fieri illa. qz vbi est hec est illa. Contra qd̄ obijcit p̄ auctores quib⁹ dicit nihil ibi aliud esse q̄ substantiam corpus et sanguis. et spēs panis et vini. Secūda p̄posito ē. Sub aliena specie corp⁹ xpi tribus de causis tradit. sed sub vtraq̄ specie xpi sumit. Hanc mgr ponens assignat triplicem rōnem quare corpus xpi sub aliena specie occurrat seu sumit. Prima est ad agendum fidei meritū que est de his que nō videntur. Secūda ad vitandum horrorem. qz non habentur in cōmuni vsu carnes crudas et sanguinē manducare. Tertia ne detur infidelib⁹ irridendi occasio. Postea dicit q̄ illud sacm sumit sub dupli specie. Ideo vt anime et carnis susceptio i xpo et virtusq̄ liberatio in nobis significaret. ordinat em hoc sacm ad salutem corporis vite. Addit etiaz q̄ sub vtraq̄ specie totus xpus sumit. nec tñ panis ouertit nisi in corp⁹. et vinum nisi in sanguinē. Subdit etiā q̄ in hoc dupler species vnitatem sacramenti nō tollit. qz sub eadem specie idem sumit. nec benedictio sup eandem speciem debet iterari. nec de alijs substantijs q̄ de substantia panis et vini confici et consecrari debet corp⁹ xpi et sanguis. Postea dicit q̄ aqua vino admiscenda est ad significandū vniōnem populi cum capite xpo que nullo modo sciēter debet omitti. qz vñs eam appozuit. Siquis autē ex obliuione vel ignorantia omittat offerens vinum sine aqua conficit quidem sacm. qz etiam s̄m p̄suetudinem aliquaz ecclesiarū vimitur aqua. tñ grauius corripendus est. Subdit autē q̄ aqua sine vino nullatenus offerri potest in sacro. nec panis nisi de frumento. nec granum frumenti nisi redactum fuerit in panē. qz ipse xpus et grano frumenti se compat et panem se dicit. Tertia p̄positio est hec. Quis xpus in cena dedit corpus passibile et mortale. tñ nunc sumitur impassibile et imortale. Hanc magister insinuat dicens. q̄ xpus dedit discipulis suis tale corpus quale tunc habuit. s. passibile et mortale. Addit etiam q̄ eucharistia intincta nō debet populo dari in supplementū cōmunionis. nam xpus panem intinctum nō dedit nisi iude qui nō accepit corp⁹ xpi tunc sed tantū panem. Ante tñ cum ceteris discipulis preperat corp⁹ et sanguinē xpi. Et tñ in speciali.

Ubi illa accidentia fundentur.

DI. XII

I aut querit

de accidentibus que remanēt. id est de speciebus et sapore et pondere in quo subiecto fundentur: potius mihi videt fatendum existere sine subiecto q̄ esse in subiecto. qz ibi non est suba nisi corpus et sanguis dñici que nō afficitur illis accidentib⁹. Non enim corpus xpi talem habet in se formam sed qualis in iudicio apparebit. Remanent illa accidentia p̄ se substantia ad mysterij ritum. ad gustus

fideiq̄ suffragium: q̄bus corpus xpi habens formam et naturā suam regit.

De fractione et partibus.

Solet etiam queri

de fractione et partione q̄ ibi videt fieri vtrū vera sit et si vera fractio est: cui rei sit vel in qua re fiat. Licet nō sit ibi alia suba q̄ christi si in aliqua suba est illa fractio in corp⁹ xpi videt esse. Sz ecōtra cū ipsum corpus incorruptibile sit: qz imortale et impassibile. in ipso non posse esse videt. Nam et xpus redarguit carnalē sensum discipuloz qui putabant carnem xpi sicut aliam in pres diuidendā et moribus dilacerandā. Ideo q̄busdam placet qz non sit ibi fractio sicut videt. sed s̄: frangi qz videtur frangi. Quib⁹ obijcit qd̄ ait Amb. Nihil falli putandum est in sacrificio veritatis: vel sicut fit in magoz prestigijs vbi delusione quadam fallunt oculi. vt videant esse qd̄ nō est. Ad hoc illi dicunt. Nō fallit nos visus nec fallit. qd̄ eēt si crederet ita frangi vt videt. Nec illusio est. qz ad vtilitatē fidei. nō ad deceptionē ita fit. sicut et xpus se ostendit duob⁹ discipulis in via in specie pegrini. nec in eo tñ talis forma erat. sed oculi eoz tenebant nec eum agnoscerent.

Opinio quorundam.

Aliorum opinio.

Alij vero dicunt q̄

sicut ibi spēs panis est et nō est ibi res cui vel in qua sit illa spēs. ita est ibi fractio que nō fit in aliqua re. qz nihil ibi frangit. qd̄ mirabilis dei potētia fieri dicit. vt fiat fractio vbi nihil frangitur.

Aliorum opinio.

Alij tradūt corpus

christi essentiali frangi et diuidi. et tñ integrū et incorruptibile existere. Qd̄ se colligere asserūt ex p̄fessione berengarij qui p̄fessus est coram Nicolao papa et pluribus epis: panes et vinum que in altari ponunt post consecrationem nō solum sacm sed etiā verū corpus et sanguinē xpi esse. et sensualiter nō solum sacro sed in veritate manib⁹ sacerdotū tractari et frangi. et fidelib⁹ dentibus atteri.

Confessio berengarij.

Sententia pbabilior.

Sed qz corp⁹ christi

est incorruptibile est. sane dicit pot̄ fractio illa